



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

VI. Quod illis diebus inuestituras Ecclesiarum Imperatores dare soleba[n]t;
& de insigniis ad Imperatorem illatis in obitu Ruperti Episcopi
Babebergensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

induuis nescitur, fit huc illucque discursus, nec quidquam reperitur.

Tandem Imperator diuino commonitus instinctu; Vocate, inquit, Ottonem meum, & ab eo sciscitami. Quo coram posito, Imperator ab eo *Spalterium* exquirebat. At ille concitus librum coram Imperatore iacentem eleuans; ecce, ait, præ oculis omnium hic fuit, vbi & semper reponebatur. Obstupescit Imperator; & quis ait, tam nitido hunc innovauit operimento? At ille ait; Ego Domine. Quo audito Imperator, collum eius blandis stringens amplexibus, & in oscula prouens; Viuit Dominus, inquit; sicut tu inter cætera diligentia monumenta, *Spalterium* meum vetusto exutum tegmine, nouo illustrasti operimento; sic & ego te paupertatis tunica spoliatum, noui honoris culmine sublimabo. Et exinde querebat opportunitatem, quomodo eum promouere, & Pontificali infula redimire posset. Nec multo post, annulus cum virga pastorali * Præmensis Episcopi ad curtem regiam * *Bremensis*, perlata est.

*Quod illis diebus inuestituras Ecclesiarum
Imperatores dare solebant, & de insigni-
bus ad Imperatorem illatis in obitu
Ruperti Episcopi Babe-
bergenfis.*

CAPVT SEXTVM.

Hoc siquidem tempore Ecclesia liberam electionem non habebat, sicut postea sub Henrico V. mediante piæ memoriæ Callisto Papa actum est; sed, cum quilibet Antistes viam vniuersæ carnis ingressus fuisset, mox capitanei ciuitatis illius, annulum & virgam pastorem ad Palatium trans mittebant; sicque regia auctoritas, communicato cum Aulicis consilio, orbatæ plebi

*Ebbæ.
De abusu isto
multa Baro-
nius Tom. II. &
Tom. 12. & ego
in Apologia
Baroniæ.*

* *Bremensi.*

idoneum constituebat Præsulem. Itaque, cum, ut diximus, virga Pastoralis & annulus Episcopi * Præmensis Imperatori offerretur: mox ille accersito vnicè dilecto sibi Ottone, munera hæc ei conseruanda tradidit.

Rupertus Episcopus Bamberg. moritur.
* *Aulam.*

* *Cancellariū.*

Post paucos verò dies, rursus annulus & virga Pastoralis Ruperti Babebergensis Episcopi Domino Imperatori transmissa est. Quo audito, multi nobiles & tam scientia quàm diuitiis insignes ad * Curtem regiam confluebant, qui Episcopatum Babebergensem non mediocri precio sibi compararentabant. Imperator verò gaudens, quod occasionem honorandi intimum * *secretalem* suum Ottone, ut voluerat, inuenisset, cunctos, qui pro eodem Episcopatu adipiscendo satagebant, arguta responsionum ambiguitate suspensos reddidit. Accidit itaque ut procedens crepusculo diei eiusdem ex aula regia, & parumper in limine subsistens, audiret puerulos quosdam naturali callentes ingenio, talia inuicem musitare: Non benè agit Imperator, qui nobilem illum Babebergensem Episcopatum precio venundare disponit: cur non potius fidei suo Domino Ottoni hunc assignat; in quo est aspectus angelicus, reuerendus habitus, mores religiosi, facundia singularis, prudentia & magnanimitas admirabilis. Hunc omni pietate & industria conspicuum decet esse Pastorem populorum.

* *Notes Othonis.** *Psalm. 8.*

Audiens hæc Imperator, hilaris effectus est, recordatusque Propheticum octauæ Psalmi versum; *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem;* Deo gratias agebat, quod voluntatem suam, hoc testimonio confirmari cernebat. Nec mirum; quod infantilis ætas tali eum præconio efferebat. Illo enim tempore, sicut & postea, tantæ benignitatis, tantæque affectionis ergà omnes erat, ut nemo cohabitantium ei inueniretur, qui nõ hunc ex corde diligeret, & verum Dei seruum acclamaret; sed & modestia habitus, & perspicua religionis auctoritas sic in eo eminebat, ut nullus, eo præsentem, quippiam indecens, aut risui aptum Verbo seu facto prætereundum auderet; sed, cum regiam Curtem intrabat, mox omnes prioris lasciuie intentionem magnæ grauitatis manu tergebant. Imperator verò legatos

gatos honorabiles Clero & populo Babebergensi dirigit. Pastorem se eis idoneum & electum ex millibus præuidisse nuntiat; atque ut Capitanei ciuitatis Moguntiam ad natale Dominicum sibi occurrant, paterna dulcedine mandat. Exhilarantur hoc nuncio Babebergenses, & confestim Egilbertus Præpositus, Adelbertus quoque Decanus, cum Eberhardo, piæ memoriæ, tunc sancti Iacobi, postmodum verò Maioris Ecclesiæ Præposito, assumptis natu maioribus, & quibusque illustrioribus personis, Imperatori Moguntiam, tempore condito, occurrerunt.

Legati Babebergensium ad Imp. pro nouo Episcopo.

De postulatione Cleri & populi ad S. Michaelem pro idoneo rectore, agentibus nunciis, apud Imperatorem; & qua Imperatoris commendatione Otto eis Episcopus designatus sit.

CAPVT SEPTIMVM.

Nterim verò Clerus & populus Babebergensis diu iam Episcopali benedictione priuatus, nullo modo à precibus cessabat, sed vnanimi deuotione congregatus in Dominica proxima natali Dominico solenni processione cum reliquijs sanctorum Montem B. Michaëlis Archangeli ascendunt, ibique Missarum celebritatem summa compunctionis dulcedine agentes, diuinam exorabant clementiam, ut per summum sedis suæ ministrum, qui semper in adiutoriū populo Dei occurrit, eis propitiatus acceptabile sibi largiri dignaretur Antistitem. Quorum preces & vota, quomodo secretissimas Dei penetrauerint aures, hodieque & vsque in consummationem seculi, patenter datur intelligi, quia talem huic Ecclesiæ prædestinauit Præsulem, qui omnes Prædecessores suos, meritorum Prærogatiua longè antecessit; cuius memoria in omni ore quasi mel in-

Ebbo. Vide Vit. am. 13. Canisio edit. am. lib. 1. cap. 3. Supplicationes Bamberg. pro adeptione montis Præsulis.

Ecclesiast. 39. dulcabi-